310

30/r
1656

Si Feria Tertia post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto.

Horodyski Consorti suae Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Alexius Horodyski Pryslak sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusq. suis quibusuis privis et competen. recedendo praesenti vero Castrensi Capitan. Praemisliensi Iurisditioni se cum successoribus ac bonis suis quibus omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Nobili Maruscia Popielowna olim Nobilis Domini Popiel Leskowiec filiae Consorti vero suae legitimae et eius posteris Summam Trecentorum floren. polon. Ratione vero dotis et expeditionis post eam accepto et in domum suam importato Nec non aliam similem Summam Trecentorum floren. polon. ratione certi veri iusti et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate omnium quorumvis bonorum suorum haereditariorum obligatorumve mobilium et immobilium Summarumq. quarumvis pecuniariarum nunc habitarum et in post habendarum item auri argenti clenodiorum monilium vestium vestimentorum equorum equitiarum pecorum gregum ac totius suppellectilis domesticae quocunq. nomine vocitetur nunc habitae et in post habendae dedit donauit dotalitauit rescripsit et reformauit

prout per praesentes

prout per praesens dat dotat dotalicat inscribit et reformat Quam quidem medie-
tatem omnium bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immo-
bilium cum omni iure dominio et proprietate omnibusque et singulis dictae medieta-
tis utilitatibus fructibus proventibus redditibus iuribus emolumentis commodis attinen-
tiisque et pertinentiis universis nullis penitus exceptis praefata consors sua tenere
bit habebit et possidebit illisque utetur fruetur iure ac more aliarum reforma-
tionum antiquitus in Regno Poloniae observari solitarum praesenti recognitione
ad praemissa mediante.

Blazowski Consorti suae itidem Reformat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensi
Nobilis Iwan Blazowski olim Nobilis Stephan Blazowski ... filius sa-
nus mente et corpore existens a Terris districtibus ... iurisdictionibusque suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero castrensi capitaneali Premisliensi
iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis paternis omnibus quo ad actum praesen-
tem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere pu-
blice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Maruszo Afrodiska Nobilis
Archorii Afrodiski ... filiae cum Nobili olim Maruszo Popielowna pareo-
ato Consorti suae legitimae et eius posteris summam Ducentorum florenorum polonicalium
ratione vero dotis et expeditionis post eam acceptae et in domum suam impor-
tatae Nec non aliam similem summam Ducentorum florenorum polonicalium ratione veri iusti
et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate omnium paternorum bonorum
suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque
quarumvis pecuniariarum nunc habitarum et in posterum habendarum tum etiam argen-
ti clenodiorum monilium vestium vestimentorum equorum equitiarum pecorum